Iaszewski Contumax

Laboriosus Stanislaus subditus nobilis suae consortis relictae nobilis olim Andreae Zulinsky de villa Jastkow una cum assistentia Generosa Domina sua Actor, nobilem Nicolaum Jaszewski citatione literali Capitanealis Castrensis Lublinensis occasione infrascriptorum vulnerum Actori inflictorum citatum, quorum quidem unum in scapulam dextram, undecim in lacertu manus dextrae, tredecim in lacertu manus sinistrae, viginti livida in utraque clunes inflicta fuerant. Quae sibi Actor pensat ad sexaginta Marcas pecuniae communis et totidem damni, actione eadem latius conscripta tractante. Et Domina Actoris pro poena sua trium Marcarum circa subditum suum stat. Per Ministerialem Regni nobilem Joannem Zalesky iuridice ad Iudicium Capitaneale Castrensis Lublinensis quatuor vicibus ultra iuris communis ad instantiam suprascripti Actoris Advocat et non comparens in termino primo in poena contumaciae admittens Iudicio praesenti iudicialiter condemnavit.

Karmanowski Contumax

Laboriosus Stanislaus Tabernator de villa Nowoszelki subditus Generosi Joannis Ziemacki una cum assistentia eiusdem Domini sui circa se pro poena trium Marcarum pecuniae polonicalis stantis Actor nobilem Theophilum Karmanowski tanquam impersonatum citatione literali Capitanealis Castrensis Lublinensis citatum Ideo quia eidem Actori non voluit solvere pro uno Anno videlicet Millesimo sexcentesimo undecimo a festo Circumcisionis Domini incipiendo usque ad simile festum Circumcisionis Domini in Anno praesenti millesimo sexcentesimo duodecimo finitum quo eum in domo sua fovit et alebat cum puero per unum aureum Ungaricum pro qualibet Hebdomada prout se solvere receperat, bonoque verbo obstrinxerat. Item pro triginta coretis avenae quos sibi idem Actor pro

equus eius dum apud ipsum manebat dabat, quemlibet
coretum per triginta grossos computand. Item pro
faeno florenos duodecem. Taxam trecentarum
Marcarum pecuniae Polon. et damni totidem at-
tore eadem D. Comissio oblatione. Per Ministerialem generalem Re-
gni ... Joannem Zaleski, iuridice ad Judicium prae...
Capitale Castren. Lublinen. quatuor diebus ultra in
...ibus communibus formam ad instand. suprascripti Actoris
vocat. et non comparentem in termino primo in poena
Contumaciae admittend. Judicio ... in dicto condemnavit.

Trzebystawski Contu-
max

Nobilis Nicolaus ... Actor, nobilem Matthiam
Trzebystawski, ut impossessionatum actione literali Ca-
pitali Castren. Lublinen. duabus ... in se continend.
citavit. Prima quia in anno proxime elapso in fun-
do haereditatis villae ... penes granicies villae
Lesnik de nullo damno ex campis Actoris abacta eq-
uea Actoris in foresto sua propria triduo deti-
nuit et fame maceravit ita ut sex equae abor-
tum passae sunt taxam quingentarum marcarum
Polonicalium. Ac secundo quidem ideo quia anno pro-
xime elapso diversis temporibus in fundo Actoris
proprio haereditatis villae ... in loco dicto Za La-
sku... ad granicies villae Lesnik inter metas no-
bilis Jacobi ... ab una et ... Olbre-
... partibus ab altera iacen. grege armentis pe-
coribus et pecudibus suis, siliginis hyemalis cas-
...ulas triginta citra vel ultra in tribus stadiis,